Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Joel

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

+ et quod dicitur hebraice hezinu · grece enotisasthe · et latine re

domini ad meritum eius refertur cui fit
non ad conditionem eius cui fieri dicitur ut
alibi legimus: dominus factus est michi in sa
lutem. Auditus autem in scripturis sanctis
non est iste quod in aure sonat sed quod corde percipi
tur. iuxta illud quod dominus loquitur. Qui ha
bet aures audiendi audiat. Quod autem dicitur
enotisasthe et latine sonat auribus percipite
proprie non aure sed corde percipitur. Qui senes
sunt et celestes audiunt spiritualiter: qui
autem habitant in terra appellanturque terre
ni: auribus percipiunt. Sciendumque autem
hec duo verba iuncta ponuntur non ad
simplicem tantum verborum sonum: sed ad re
conditam quoque dictorum intelligentiam provo
cat. Lamech in genesy loquitur ad
uxores suas ada et sella. Audite verba
mea uxores lamech. auribus percipite ser
mones meos: quia virum occidi in
vulnus meum: et iuvenem in livore
meo. Et ysaias. Audite celi: et au
ribus percipe terra. Item alius prologus.

Iohel filius fatuel describit terram duo
decim tribuum eruca bruco locusta ru
bigine vastante consumptam: et post e
versionem prioris populi effusum spiritum sanctum
dicit super servos dei et ancillas. id est super
centum viginti credentium hominum: qui fu
erunt in cenaculo montis syon. cen
tum viginti. Qui ab uno usque ad quin
decim paulatim et per incrementa sur
gentes quindecim graduum numerum ef
ficiunt: qui in psalterio mystice
continentur. Ex tribus ergo generibus rethorum
hec sumuntur principia: et tres sunt
argumentorum partes: ex quibus incipere
solet omnis orator. Aut enim dociles aut
benivolos aut attentos auditores debet
efficere. Hic ergo propheta recte a magnitu
dine cladis sumens principium: eos qua
quod audituri erant volens ad penitenti
am provocare reddit attentos: annuncians
futurorum malum. ut considerantes futu
re cladis asperitatem velocius arripiant
penitentiam. In hoc propheta incerto nec
reges nec tempora sunt prenotata: quia hiisdem
temporibus ac regibus quibus osee prophetavit.
Iohel interpretatur incipiens aut domini descen
sus tropologice. hoc est quod quia hostium
dei et scientiam dei habuit apertam:
recte incipit prophetare. Explicit prolo
gus. Incipit iohel propheta.

Verbum domini quod
factum est ad
iohel filium fa
tuel. Audite
hoc senes et au
ribus percipite omnes
habitantes terram
si factum est istud in diebus vestris: aut in
diebus patrum vestrorum. Super hoc filiis
vestris narrate. et filii vestri filiis suis. et
filii eorum generationi altere. Residuum
eruce comedit locusta: et residuum

locuste comedit brucus. & residuum
bruci comedit rubigo. Expergiscimini
ebrii & flete. ululate omnes qui bibi
tis vinum in dulcedine. quoniam periit ab
ore vestro. Gens enim ascendit super terram
meam fortis & innumerabilis. dentes
eius ut dentes leonis. & molares eius ut
catuli leonis. Posuit vineam meam
in desertum. & ficum meam decorti
cavit. Nudans spoliavit eam & pro
iecit. albi facti sunt rami eius. Plange
quasi virgo accincta sacco. super virum
pubertatis tue. Periit sacrificium
& libatio in domo domini. luxerunt sa
cerdotes ministri domini. Depopulata est
regio. luxit humus. quoniam devastatum
est triticum. confusum est vinum. elan
guit oleum. confusi sunt agricole. ulu
laverunt vinitores super frumento et
hordeo. quia periit messis agri. Vinea
confusa est. & ficus elanguit. Ma
logranatum & palma & malum & omnia
ligna agri aruerunt. quia confusum
est gaudium a filiis hominum. Accin
gite vos & plangite sacerdotes. u
lulate ministri altaris. ingredimi
ni cubate in sacco ministri dei mei.
quoniam interiit de domo dei vestri sacri
ficium & libatio. Sanctificate ieiuni
um. vocate cetum. congregate senes
omnes habitatores terre in domum dei vestri.
& clamate ad dominum. A. a. a diei quia
prope est dies domini. & quasi vastitas a po
tente veniet. Numquid non coram
oculis vestris alimenta perierunt. de domo
dei nostri leticia & exultatio. Compu
truerunt iumenta in stercore suo. de
molita sunt horrea. dissipate sunt apo
thece. quoniam confusum est triticum. Quid
ingemuit animal. mugierunt greges ar
menti. quia non est pascua eis. Sed &
greges pecorum disperierunt. Ad te domine cla
mabo. quia ignis comedit speciosa de
serti. & flamma succendit omnia lig
na regionis. Sed & bestie agri quasi area
sitiens ymbrem suspexerunt ad te. quoniam
exsiccati sunt fontes aquarum. & ig
nis devoravit speciosa deserti. II.

Canite tuba in syon. ululate
in monte sancto meo. Contur
bentur omnes habitatores terre quia ve
nit dies domini. quia prope est dies tene
brarum & caliginis. dies nubis & turbi
nis. quasi mane expansum super montes
populus multus & fortis. Similis ei non
fuit a principio. & post eum non erit usque
in annos generationis & generationis.
Ante faciem eius ignis vorans. & post
eum exurens flamma. Quasi ortus
voluptatis terra coram eo. & post eum
solitudo deserti. neque est qui effugiat
eum. Quasi aspectus equorum aspectus
eorum. & quasi equites sic current. Sic
sonitus quadrigarum super capita monti

um exilient. sic sonitus flamme ig
nis devorantis stipulam. velut ppls
fortis pparatus ad preliū. A facie ei
cruciabunt ppli. Omīs vultus redi
gent in ollā. sic fortes current. qui
viri bellatores ascendent murū. Vn
ri in viis suis gradientur. et n̄ decli
nabunt a semitis suis. Vnusquisque
frēm suū n̄ coartabit. singuli in cal
le suo ambulabunt. h. et p fenestras
cadent et n̄ demolient. Vrbem ingre
dient. in muro current domos cōscen
dent. p fenestras intrabunt qsi fur.
A facie ei contremuit tra. moti sunt
celi. sol et luna obtenebrati sunt. et
stelle retraxerunt splendorē suū. et
dns dedit vocē suā ante faciē exercitus
sui. quia multa sunt nimis castra
ei. qa fortia et facientia verbum ei.
Magnus enī dies dni et terribilis val
de. et quis sustinebit eum. Nunc
g dicit dns. Convertimini ad me in
toto corde vro in ieiunio et in fletu
et in planctu. et scindite corda vra
et n̄ vestimenta vra. et convertimi
ni ad dnm dm vrm quia benignus
et misericors est. paciens et multe mie
et deprecabilis sup malicia. Qs scit
si convertat et ignoscat. et relinquat
post se benedictionē. sacrificiū et
libamen dno deo vro. Canite tuba i
syon scificate ieiuniū. vocate cetum.

congregate ppłm sanctificate ecclam. co
adunate senes congregate parvulos
et sugentes ubera. Egrediat sponsus
de cubili suo. et sponsa de thalamo
suo. Inter vestibulū et altare plora
bunt sacerdotes ministri dni et dicet.
Parce dne parce pplo tuo. et ne des he
reditatem tuā in opprobrium. ne dnent
eis nationes. Quare dicunt in pplis ubi
est ds eoz. Zelatus est dns trām suā.
et pepcit pplo suo. Et respondit dns. et
dixit pplo suo. Ecce ego mittā vobis fru
mentū vinū et oleū et replebimini in
eis. et n̄ dabo vos ultra opprobriū in
gentib. et eū qui ab aquilone ē pcul
faciā a vobis. et expellam eū in terram
inviā et desertam. faciem ei contra ma
re orientale. et extremū ei usque ad ma
re novissimū. et ascendet fetor ei et as
cendet putredo ei. quia supbe egit.
Noli timere tra. exulta et letare. q
uiam magnificavit dns ut faceret. No
lite timere animalia regionis. quia
germinaverit speciosa deserti. qa lig
nū attulit fructū suū. ficus et vinea
dederunt virtutē suā. Et filii syon exul
tate et letamini in dno deo vro quia
dedit vobis doctorem iusticie. et descen
dere ad vos faciet ymbrem matutinū
et serotinū in principio. et implebun
tur horrea frumento. et redundabunt
torcularia vino et oleo. et reddā vob

annos quos comedit locusta bruchus
et rubigo et eruca. fortitudo mea
magna quam misi in uos. et comedetis
uescentes et saturabimini. et lauda
bitis nomen dei uestri qui fecit uobiscum
mirabilia. et non confundetur populus meus
in sempiternum. et scietis quia ego in
medio sum israel et ego dominus deus uester
et non est amplius. et non confundetur populus
meus in eternum. III.

Et erit post hec effundam spiritum
meum super omnem carnem. et pro
phetabunt filii uestri et filie uestre. Se
nes uestri somnia somniabunt. et iu
uenes uestri uisiones uidebunt. Sed et su
per seruos meos et super ancillas meas in
diebus illis effundam de spiritu meo. et da
bo prodigia in celo et in terra sanguinem
et ignem et uaporem fumi. Sol conuertetur
in tenebras et luna in sanguinem. ante
quam ueniat dies domini magnus et horribi
lis. Et erit omnis qui inuocauerit no
men domini saluus erit. Quia in monte
syon et in ierusalem erit saluatio sicut dixit
dominus. et in residuis quos dominus uocauerit.
Quia ecce in diebus illis et in tempore illo
cum conuertero captiuitatem iuda et ie
rusalem. congregabo omnes gentes et
deducam eas in uallem iosaphat. et
disceptabo cum eis ibi super populo meo et here
ditate mea israel quos disperserunt in nationibus
et terram meam diuiserunt. et super populum me

um miserunt sortem. et posuerunt
puerum in prostibulo. et puellam uen
diderunt pro uino ut biberent. Verum
quid uobis et mihi tyrus et sydon et omnis
terminus palestinorum. Numquid
ultionem uos reddetis mihi. Et si ulcisca
mini uos contra me. cito uelociter
reddam uicissitudinem uobis super caput
uestrum. Argentum enim et aurum meum
tulistis et desiderabilia mea et pulcher
rima intulistis in delubra uestra. et
filios iuda et filios ierusalem uendidistis
filiis grecorum. ut longe faceretis eos
de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de suscitabo
loco in quo uendidistis eos. et conuer
tam retributionem uestram in caput uestrum.
et uendam filios uestros et filias uestras in
manibus filiorum iuda. et uenundabunt eos
sabeis genti longinque. quia dominus lo
cutus est. Clamate hoc in gentibus.
sanctificate bellum. suscitate robustos.
Accedant omnes uiri bellatores. Concidi
te aratra uestra in gladios. et ligones
uestros in lanceas. Infirmus dicat quia
fortis ego sum. Erumpite et uenite omnes
gentes de circuitu et congregamini. Ibi
occumbere faciet dominus robustos tuos.
Consurgant et ascendant gentes in ual
lem iosaphat. quia ibi sedebo ut iu
dicem omnes gentes in circuitu. Mit
tite falces. quia maturauit messis.
Venite descendite. quia plenum est tor

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

culat. Exuberant torcularia: quia
multiplicata est malicia eorum. Populi
populi in ualle concisionis: quia iuxta
est dies domini in ualle concisionis. Sol
et luna obtenebrati sunt: et stelle re
traxerunt splendorem suum. Et dominus de
syon rugiet et de ierusalem dabit uocem
suam: et mouebuntur celi et terra. et dominus
spes populi sui: et fortitudo filiorum israel.
Et scietis quia ego dominus deus uester ha
bitans in syon in monte sancto meo: et
erit ierusalem sancta: et alieni non transibunt
per eam amplius. Et erit: In die illa
stillabunt montes dulcedinem: et colles
fluent lacte. Et per omnes riuos iuda
ibunt aque: et fons de domo domini egre
dietur: et irrigabit torrentem spinarum.
Egyptus in desolatione erit: et ydumea
in desertum perditionis: pro eo quod inique
egerunt in filios iuda: et effuderunt
sanguinem innocentem in terra sua. Et iude
a in eternum habitabitur: et ierusalem in ge
neratione et generationem. Et munda
bo sanguinem eorum quem non mundauerim:
et dominus commorabitur in syon. Explicit
iohel propheta. Incipit prologus in amos

Ozias rex cum
dei religionem
sollicite emu
laretur nimio
religionis a
more prouocatus
contra preceptum legis moysi arrepto
thuribulo ut hystoria libri secundi pa
ralipomenon ostendit: sacerdotale
officium presumere conatus est. Ob eam
rem terremotum in templo domini exortum
constat: cum etiam zacharias propheta me
minit. Ante hunc itaque terremotum
amos propheta temporibus predicti regis et tem
poribus ieroboam filii ioas regis israel in e
as gentes que lectione comprehense sunt.
ob eas causas iram dei affuturam denun
ciat. Et quia idem propheta in sequentibus
ait. super tribus impietatibus et super qua
tuor non conuertam eum: tertio pecca
torum indulgentiam domini dare posse signi
ficat: quem quarto eadem peccata
admittentibus nec penitentiam nec indul
gentiam daturum enuntiat. Iam per ig
nis similitudinem quem in predictas
gentes inmittendum predixit: gra
uem atque irreuocabilem dei iram ad eu
sionem earumdem ciuitatum processuram
uoluit demonstrari. Item alius prologus.

Amos propheta et rusticus et rubo
morum distringens: paucis uer
bis explicari non potest. Quis enim digne
exprimat tria et quatuor scelera da
masci: gaze: tyri: idumee: filiorum
ammon et moab: et septimo octauoque
gradu iude et israel. Hic loquitur ad
uaccas pingues que sunt in monte
samarie: et ruituram domum maiorem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg